

92

1618, 15

17

DISPUTATIO

De

TUTTELIS.

Quam

D. T. O. M. A.

Auctoritate & permissu Nobi-

lissimi & Amplissimi Jctorum Ordinis
in Illustri ac celeberrima Salana,

SUB PRÆSIDIO

DN. EMMERICI Pfefferkorn/
Crucisburg. Tyrigetæ,

Ventilandam exhibet

JOANNES CLEMMIUS Graciâ-
Styrus.


Ad diem 9. Septemb.

J E N Æ

Typis TOBIE STEINMANNI.

ANNO M. DC. XIIX.





V I R O

Clarissimo & Consultissimo,

**D N. G E O R G I O
M Ö R I N G E R O, J. U. D.**

eximio, laudatissimæ Reip. Ratisb. Prætori
dignissimo, Affini & Curatori suo per-
petuo reverentiæ & obsequii
stadio venerando.

Has exercitiî primitias

D. D. D.

submisè

Respondens.



THESIS I.

Tutela (a) est vis ac potestas (b) in capite libero (c) ad tuendum eum (d,) qui per etatem (e) se defendere nequit, jure civili data & permissa (f.) Est q̄ triplex, Testamentaria, Legitima & Dativa (g).

(a) à tuendo nomen habet, unde etiam ii, qui eam administrant, tutores quasi tutores & defensores appellantur. Quod a. interdum tutores parum suo nomini respondeant, & veriori Etymologia per antiphrasin dicantur tollitores, eò quod plerumq; bona pupillorum tollant, furentur & auferant, Harpp. ad d. S. tutores 2. n. 3. id notationem hanc generalem & veram non infringit, cum tutores tunc dominorum loco habeantur, quando tutelam administrant, non quando pupillum spoliant. l. qui fundum. 7. S. si tutor. 3. ff. pro empt. l. tutor. 33. ff. de furt. (b) quæ verba generis loco ponuntur, & utrumq; unū & idem significat. Licet enim vocabul. VIS significationes varias recipiat, Mantz. in tract. de tutel. q. 1. princ. n. 10. Verbum tamen potestas, eidem veluti interpretationis vice additum, ostendit vim hoc loco accipi non pro violenta potestate, sed pro amicabili & dispositiva vi ac tali potestate, quæ in pia defensione & tuitione personæ pupilli & in administratione bonorum ipsius consistit, Don. 3. com. 1. ubi Dn. Hillig. in not. lit. b. Disß. Accurs. in d. l. 1. ff. de tutel. quem sequitur P. Greg. 12. Syntagm. jur. 2. n. 2. Nec obstat l. contractus. 23. ff. de R. J. ubi tutelæ datio inter contractus refertur. Nam tutela vis ac potestas est, si simpliciter accipiatur, si v. pro administratione ac gestione

stione sumatur, quasi contractus dicitur & censetur, *Dn. Arum. exerc. Justin. 3. th. 1. Harppr. ad d. §. tutela 1. n. 5. (c)* quæ verba alii referunt ad Tutorem, *ut Treut. 2. disp. 8. th. 1. lit. c. Forster. 1. disp. Justin. 4. th. 2. Dn. Arum. exerc. Justin. 3. th. 2. Dn. Riemer. 3. qq. jurid. 1. alii ad pupillum, ut Cujac. 21. obs. 23. Wes. & Borcb. ad §. tutela. 1. Inst. de tutel. Rober. disp. Justin. 4. th. 2.* Nos verò ea, salvâ latini sermonis proprietate, ad utrumq; referimus *cum Don. 3. com. 1. Hackelm. disp. 15. Illustr. qq. th. 1. lit. d. Dn. P. Theod. ad d. §. tutela. 1.* Ad tutorem quidem, ut significetur tutelæ munus liberis duntaxat personis commitendum esse *l. in servili. 7. C. qui dar. tut. poss.* Servus enim quamdiu servus manet, tutor esse nequit *l. si quis. 22. ff. de testam. tut.* cum quod ad jus civile attinet, pro nullo habeatur *l. quod attinet. 32. ff. de R. J.* Ad pupillum v. eadem verba referri queunt, ut intelligatur tutelam esse vim & potestatem in capite libero, h. e. in caput liberum per antiptosin, *Harppr. d. loc. n. 10. (d)* non ad tuendas res vel facultates ejus, ad differentiam curatorum. Tutor namq; personę principaliter, non rei vel causę datur *l. certarum 12. & l. qui personæ. 14. ff. de testam. tut.* Curator a. principaliter rebus & non personæ minoris datur, *in pr. Inst. de curat.* quanquam per consequentiam ad Tutorem quoq; bonorum administratio, & vice versa ad Curatorem personæ tuitio pertineat *§. item tria. 5. Inst. de excusat. tut. & curat. Wes. in parat. ff. de tutel. n. 4. Vult. 1. J. R. 25. n. 11. & 12. (e)* quibus verbis rursus tutela distingvitur à Curatione, quæ non solum propter ætatem, *in pr. Inst. de curat.* Sed aliquando etiam propter furorem, morbum fonticum, aliaq; vicia & defectus constitui solet *§. furiosi. Inst. d. t. & t. t. ff. & C. de curat. furios.* Item distingvitur hisce verbis tutela à patria potestate *arg. l. fin. in pr. vers. necessitate. C. de bon. qua lib. Treut. 2. disp. 8. th. 1. lit. d. (f)* quâ clausulâ causa efficiens tutelæ & simul diversæ ejus species denotantur. Nam verb. data ad legitimam tutelam, verb. permisa ad Testamentariam & Dativam refertur, *Wes. d. loc. (g) l. generaliter. 52. C. de Episc. & cleric. l. militia. C. qui tut. vel curat. dar. poss. Dn. Arum. exerc. Justin. 3. th. 3.*

THE S. II.

THESIS. II.

Testamentaria (a) tutela est, quam parentes (b) liberis (c) in potestate constitutis (d) impuberibus (e) testamento (f) constituunt.

(a) Quæ reliquis duab. potior & dignior. Quamdiu n. testam. tutela speratur, tamdiu legitimæ & dativæ locus non relinquatur *l. quamdiu. 89. ff. de R. J. l. si quis. 11. in pr. ff. de testam. tut. Vult. 1. J. R. 25. n. 60. & seq.* Ad exemplum successio- nis, ubi etiam hereditati legitimæ locus non est, quamdiu ex testam. heres speratur *l. 2. C. unde liberi.* Quando autem tutor testam. datus impeditur, interea aliis datur à Magistratu Tu- tor. non curator *d. l. si quis 11. in pr. S. sed & Just. de Attil. tut. & sic cessat regula, quæ Tutorem habenti alium Tutorem esse vetat, S. interdum. 5. Inst. de curat. Duar. ad tit. ff. de Tutel. c. 4. Hænon. disp. 6. th. 2. lit. a.* (b) *S. permissum. 3. Inst. de tutel.* tum quia parentes pro liberis optimum & saluberrimum ca- pere consilium, iisq; rectissime prospicere velle credun- tur, ob singularem summamq; affectionem, quâ illos prose- quuntur *l. si plures 3. S. 1. ff. de administr. & pericl. tut. l. pen. S. 1. ff. de ritu nupt.* tum quia patria potestas à tempore mortis patris videtur quodammodo in liberos continuari, & durare ad id usq; tempus, quò liberi sibi per etatem prospicere possunt h. e. usq; ad pubertatem *l. 2. ff. de vulg. & pupill. substit. Harppr. ad d. S. permissum. 3. n. 4. & 5.* Unde sequitur, nec patronum liberto, nec extraneum extraneo Tutorem testamento dare posse, licet hæredibus à se institutis *l. qui tutelam. 28. S. ult. ff. de testam. tutel. l. 1. S. 1. ff. de confirm. tut.* Dati tamen ab his tutores confirmantur potius à Magistratu quàm ut alii eligan- tur *d. l. 1. S. 1. & l. 2. l. 4. & ibi Wes. in parat. ff. d. t. Donell. 3. com. 5. Hænon. disp. 6. th. 2. lit. b.* (c) Liberorum a. nomine non saltem primi gradus descendentes, sive masculini sive foe- minini sexus sint *l. 1. S. 2. l. si quis. 16. in pr. ff. de testam. tut. l. cognoscere. 56. S. liberorum. 1. ff. de V. S.* Sed & nepotes & ul- teriores, sicut & posthumi, modò per mortem patris in alterius



potestatem recasuri non sint, continentur *d. §. permissum. 3. l. morib. 2. in pr. ff. de vulg. & pupil. subst. l. 220. ff. de V. S.* Hic moveri solet quaestio, utrum sicut liberorum, ita & filiorum appellatio ad nepotes & alios descendentes porrigatur? Neg. per *§. si quis. fin. Inst. qui testam. tutor dar. l. quid si 6. ff. de testam. tutel.* Nisi identitatis æquitatifq; ratio vel loquentis voluntas aliud svadeat, *Gæd. ad d. l. cognoscere. 56. §. liberorum. 1. n. 6. & ad d. l. liberorum 220. Borch. ad d. §. si quis fin. n. 5. (d) d. §. permissum 3. & d. l. moribus. 2. l. 40. ff. de administr. & pericul. tut.* Unde pater filio suo emancipato, aut potestate patria quacunq; ratione liberato, testamento Tutorem dare nequit, si tamen datus fuerit, confirmatur sine inquisitione à Magistratu *§. fin. Inst. de tutel. l. 1. §. 1. ff. de confirm. tut.* Naturali tamen filio datus tutor, ut sine inquisitione confirmetur, relictum ei esse aliquid oportet *l. 7. ff. & l. ult. C. d. t. Treut. 2. disp. 8. th. 2. lit. c.* Sic nec mater tutorem rectè dat filiis suis in testamento, nisi eos & hæredes scripserit, & confirmatio Magistratus cum inquisitione accesserit *l. 2. & l. 4. ff. d. t. Wes. in parat. ff. de tutel. n. 5.* Utrum verò Tutor ita inutiliter testam. datus, & à Magistratu confirmatus, dativus sit, an v. Testamentarius quaeritur? prius affirmatur *arg. l. 3. ff. de testam. tut. Cujac. 7. obs. 7. Dn. Arum. exerc. Justin. 3. th. 6. Vult. 1. J. R. 25. n. 75 Hæmon. disp. 6. th. 2. lit. f. Dis. Mynf. & alij ad d. §. fin. Inst. de tutel.* Item dubiæ quaestionis est, an sic confirmati Tutores à Magistratu legitimis sint præferendi! *Aff. E. Cothm. vol. 1. conf. 43. n. 31. & seqq. (e) puberibus siquidem datur tantum curator, qui testamento dari nequit §. 1. Inst. de curat.* Nec distinguitur hic inter institutos & exheredatos. Namq; etiam exheredato filio Tutorem à patre rectè dari posse sine confirmatione probabilius est, modò ob exheredationem vel præteritionem filii testamentum non oppugnetur *l. pater 4. l. si hereditas 10. §. 2. in fin. l. si pater. 31. ff. de testam. tut. cum per exheredationem filius non desinat esse in potestate, per text. l. ult. ff. unde legit. l. filium. 20. in pr. ff. de bon. poss. contr. tabb. & pater bonâ mente filium exheredare possit l. multi 18. ff. de lib. & posthum. l. 39. ff. de vulg. & pupill. subst. Donell. 3. com. 4. Treut. 2. disp. 8. th. 2. lit. b. Rober. disp. Justin. 3. th. 3. Forster. 1. disp. Justin. 13. th. 30.*

Harppr.

Harppr. ad d. §. permissum 3. n. 12. & seq. (f) & quidem perfectō, aut codicillis testam. confirmatis l. testamento 3. ff. de testam. tut. aliās si imperfectum fuerit testam. nec codicilli testam. confirmati, dati Tutores à Magistratu sunt confirmandi, per ea, quæ dicta ad lit. præced. e.

THESIS III.

Dari autem testamento tutor potest non solum paterfam. (a,) sed & filiusfam. (b,) servus tam proprius quam alienus: (c) minor 25. annis, furiosus (d,) & omnis, cum quo testamenti factio (e,) nec refert, tutor testamento an ex certo die, ad certum diem sub conditione vel ante heredis institutionem detur (f,) licet certæ rei vel causæ dari nequeat (g.)

(a) *in pr. Inst. qui testam. tut. dari.* Fœminæ v. tutores dari nequeunt, tum quia tutela virile est officium *l. tutela 16. l. ult. ff. de tutel. l. 2. ff. de R. J. l. 1. C. quando mulier tut. offic.* tum quia in tutore singularis prudentia & consilium, quò mulieres destitutas esse experientia docet, requiritur *l. si pater. 4. C. de sponsal. Harppr. ad d. pr. Inst. qui testam. tut. dar. n. 6.* Excipiuntur tamen mater & avia, quibus specialiter concessum est liberorum suorum tutelam suscipere, modò renuncient secundis nuptiis, Scto Vellejano, aliisq; legum auxiliis, *aut b. matri & avie. C. quando mulier tutel. offic. Wes. in parat. ff. de tutel. n. 5. Vultej. 1. J. R. 25. n. 27.* Hinc quæritur, an mater, quæ ob secundas nuptias contractas tutelam amisit, maritò secundo mortuò, eam recipere possit? Neg. cum jura semel perdita iterari non debeant *l. 2. §. ei qui. 4. ff. de capit. diminut. l. homo 21. ff. de stat. hom. l. stipulationem 21. ff. de jur. dot. Myns. 3. obs. 83.* At quid dicendum, si mater deposuerit tutelam, quia esset nuptura, nec tamen nubat, fortè quia facti poeniteat, an tutelam prius amissam recuperabit? Affirm. quia jura, de hac materia loquen-

loquentia, disponunt & dicunt, matrem contractis demum nuptiis tutelam perdere, non v. cum animum duntaxat nubendi habuerit, *auth. Sacramentum. C. quand. mul. tut. off. Nov. 94. c. 2. Myns. d. loc. in fin. Paul. Montan. in tract. de jur. tutel. c. 15. n. 77. (b) in pr. Inst. qui testam. tut. dar. l. filiusfam. 9. ff. de his, qui sunt sui vel alien. l. Lucius 21. ff. de administr. & pericul. tut.* In publicis enim muneribus patrię potestatis jus nõ attenditur, cum in illis filiusfam. pro patrefam. habeatur *d. l. filiusfam. 9. l. nam quod. ff. ad SC. Trebell.* Tutela autem est publicum munus, *in pr. Inst. de Excusat. tutor.* Non quidem principaliter, respectu scilicet objecti & finis, sed per consequentiam tantum. Et primò quidem respectu causę efficientis, cum nemo tutorem constituere, aut tutor constitui possit, nisi cui lex permittat: deinde ratione necessitatis, ob quam hoc munus tutela etiam invitis publicã auctoritate imponitur, *Wes. Hortens. & Dn. D. Theod. ad d. pr. Inst. de excusat. tut. vel curat. (c)* proprius cum libertate, vel etiam sine ea, quam tamen semper ex præsumpta testatoris voluntate consequitur *§. sed & 1. Inst. qui testam. tut. dar. l. quidam in pr. C. de necess. serv. hered. instit. alienus v. sub conditione, si liber erit. d. §. sed & 1. vers. servus autem.* An autem servus proprius sine libertate testamento tutor datus fidei commissariam an v. directam libertatem consequatur, dubiæ est quæstionis? Directam libertatem competere putamus, propter *d. §. sedet 1. l. quæro 39. §. Lucius 2. ff. de testam. tut.* Nisi testatoris voluntas expressè refragetur *l. hereditas 10. §. servus 4. ff. d. t. l. etsi non 9. C. de fideicom. libert. Donnell. 3. com. 4. ubi Hillig. in not. lit. p. & aliquot seqq. Treut. 2. disp. 8. th. 2. lit. g. Rober. disp. Justin. 5. th. 6. Dn. Arum. exerc. Justin. 3. th. 9. Dn. Riemer. 3. qq. jurid. 3.* (d) ante tamen non admittuntur ad tutelam, quam si minor 25. annum. excesserit, & furiosus sanam mentem receperit *§. furiosus 2. Inst. qui testam. tut. dar. l. furiosus 11. ff. de tutel.* Ne autem medio tempore pupillus indefensus maneat, interea temporis alius à Magistratu datur Tutor *l. si quis 11. ff. de testam. tutel. §. sed & 1. Inst. de Attil. tut. (e) l. testamento 21. & l. seq. ff. de testam. tutel. (f) §. ad certum 3. Inst. qui testam. tut. dar. d. l. si quis 11.* Et hæc procedunt in tutore testam. non v. dativo, qui neq; sub conditione,

tionem, neque ad tempus, sive ex certo tempore dari potest *l. tuto.*
6. §. 1. ff. de tutel. tum quia tutela Dativa actus legitimus, qui
diem & conditionem non recipit *l. actus 77. ff. de R. J. Rober.*
disp. Justin. 4. th 7. tum quia aliud auxilium hoc casu non est
reliquum, quò pupillo prospiciatur, cum nullus sit, qui post
Magistratum vacantis tutelæ tempora suppleat, *Harppr. ad d.*
§. ad certum 3. n. 2. (g) §. certæ 4 Inst. qui testam. tutor. dar. l.
12. l. 13. l. 14. ff. de testam. tut. Nam ut persona non recipit
divisionem, ita nec tutela, quæ personæ datur, & sicut partitio-
nem respuit in principali, ita & in administratione bonorum
accessoria, quæ ex natura principalis debet æstimari *l. cum prin-*
cipalis 139 ff. de R. J. Wes. in parat. ff. de tutel. n. 4.

THESIS IV.

*Legitima (a) tutela est, quando deficiente
Tutore testamentario (b) proximus agnatus
(c) à lege (d) ad tutelam impuberis vocatur.
Est autem hæc tutela vel verè legitima (e,) vel
quasi. (f)*

(a) legitima agnatorum tutela hic dicitur *κατ' ἐξοχλήν.*
Nam & aliorum tutela, veluti testamentaria & dativa, quæ ex
L. Attilia & Julia Titia defertur, legitima dicitur: Verum quia
non immediatè testamentaria & dativa, sicuti hæc præfens, ipsa
lege, sed vel à parente vel Magistratu defertur, ideoq; minùs
propriè hæ duæ species legitimæ vocantur, *Ulp. in fragm.*
§. legitimi. 2. de tutel. Vult. 1. §. R. 25. n. 57. Dn. P. Theod. ad
rubr. tit. Inst. de legit. agn. tutel. (b) Deficere testamentarius
tutor dicitur, si quis vel omninò intestatus decedit, vel testa-
mentum quidem condit, Tutorem v. in eo suis liberis non con-
stituit, aut Tutorem quidem dedit, is autem vivò testatore
decessit. *§. quod autem 2. Inst. d. t. l. intestatus 6. ff. de legit. tu-*
tel. Vel in civitate esse desiit *l. si quis sub conditione 11. ff. de te-*
stam. tutel. Si v. Tutor testamento datus post susceptam tu-
telam moriatur, adhuc legitimæ tutelæ locum esse puta-
mus,

B

mus,

mus, per d. l. intestatus 6. d. l. si quis sub conditione 11. §. quod si 3.
Secus verò si se excusaverit vel remotus fuerit d. l. si quis sub
conditione 11. §. 1. & 2. l. tutela 3. §. quæri 8. ff. de legit. tutel.
Ratio differentia inter illum, qui vivo testatore decessit, &
hosce plana est, quia priori casu datio propter tutoris obitum
ipso jure concidit, posteriori ipso jure valet, sed effectum non
fortitur. Lex autem 12 tabb. tum demum proximis agnatis
locum facit, cum dispositio testamentaria de tutoribus facta
ipso jure nulla est, Harppr. ad d. §. quod autem 2. n. 2. in fin. (c)
in pr. Inst. de legit. agnat. tut. & l. 1. in pr. l. 6. in pr. ff. eod. Sum-
ma enim providentia constitutum, ut ubi successionis est em-
olumentum, ibi quoq; tutelæ onus esse debeat, tit. Inst. de legit.
patron. tutel. l. secundum 10. ff. de R. J. Lege autem 12. tabb.
ad successionem tantum vocantur agnati non cognati, pr. &
t. t. Inst. de legit. agnat. success. Sunt autem agnati, qui per
virilis sexus personas juncti sunt, quasi à patre cognati, veluti
frater eodem patre natus, fratris filius neposvè ex eo, §. sunt au-
tem 1. Inst. de legit. agnat. tut. Hodie tamen, cum inter agna-
tos & cognatos differentia tam quoad successionem, quam
quoad tutelam sublata sit, per Nov. 118. c. 4. & 5. indistinctè
hæc tutela proximioribus tam agnatis quam cognatis defer-
tur, modò ad gerendam tutelam sint idonei & habiles, in fin. tit.
Inst. de fiduc. tutel. l. fin. C. de legit. tutel. Et hæc de jure civ.
locum habent, secus jure Sax, quod concordat cum l. 12, tabb,
& præfert in tutelæ administratione agnatos ipsis cognatis,
art. 23. in pr. lib. 1. Landr. & eo quidem ordine, ut semper pro-
ximioribus, aut inter plures proximiores seniore ad hoc mu-
nus tutelæ subeundum deputet, d. art. 23. Wes. in parat. ff. de le-
git. tutel. n. 1. & 2. in quo ipso discrepat etiam à jure communi,
ex cujus dispositione, si plures agnati ejusdem gradus reperi-
antur, judici liberum est unum vel plures eligere, eumq; sive
eos administrationi præficere, ita tamen ut tutelæ periculum
ad omnes simul pertineat, auth. sicut hereditas. C. de legit. tutel.
Coler. decis. 6. n. 2. cum trib. seqq. Quæritur hic, cum proximus
agnatus ex aurea Bulla Caroli IV. tutor & administrator jubea-
tur esse hæredis Electoralis impuberis & Electoratus, an
hoc jus ei per testamentum possit auferri? Neg. tum quia
agnatus

agnatus jus illud dignitatis lege quæsitum habet, quod sine suo facto non amittet *l. id quod 11. ff. de R. J. tum quia jus publicum pactis privatorum immutari nequit l. jus publicum 28. ff. de pact. Treut. 2. disp. 8. th. 3. lit. a. in fin. Zachar. Fridenreich synops. de tutel. Elect. palat. class. 1. arg. 8. pag. 58. Dn. Ortolph. Foman. disp. Justin. 5. th. 2. Dn. Arum. ad A. B. discurs. 4. th. 10. Harppr. ad §. quod autem 2. Inst. de legit. agn. tutel. Schonborn. 2. polit. 14. Dis. Dn. Biemer 3. qq. jurid. 2. (d) nempe 12. tabb. l. 1. ff. de legit. tutel. atq; ipso jure hæc tutela existit, unde si legitimus tutor temporali impedimento detineatur, ita ut administrare tutelam non possit, eo casu non tutor alius, sed curator dabitur, quia habenti tutorem tutor non datur §. interdum 5. Inst. de curat. Sin verò impedimentum sit perpetuum, de alio tutore providebitur, *Treut. 2. disp. 8. th. 3. lit. c.* (e) quæ ex verbis & mente legis 12. tabb. descendit, ut agnatorum, *t. t. Inst. de legit. agnat. tut. nec non patronorum, t. t. Inst. de legit. patron. tutel.* (f) ut tutela parentum, *t. t. Inst. de legit. parent. tutel. nec non fiduciaria fratrum, t. t. Inst. de fiduc. tutel.**

THESIS. V.

Dativa (a) tutela est, que datur à Magistratu (b) vel ex officio (c) vel ad petitionem alterius (d.) Dari autem possunt omnes, etiam invitati (e,) qui non reperiuntur prohibiti naturâ (f,) vel lege (g,) & dati postmodum tutores, priusquam ad administrationem admittantur, tenentur conficere inventarium (h,) præstare juramentum (i) & satisfacere rem pupilli salvam fore. (k)

(a) quæ tunc locum habet, si vel nullus planè sit tutor testamentarius aut legitimus, *pr. Inst. de Attil. tut.* vel si sit

B 2

quidem

quidem aliquis testamentarius, sed impediatur, vel quia sub
conditione aut ex certo die datus est §. *sed & 1. Inst. d. t. l. si quis*
11. ff. de testam. tut. Vel purè quidem datus, nemo tamen heres
ex testam. existit d. §. *sed & 1.* aut quia tutor ab hostibus captus
est §. *ab hostib. 2. Inst. d. t. l. 1. §. si apud 2. ff. de legit. tutor.* (b)
cui nominatim hoc lex, vel SCtm, vel Princeps concessit *l. mutò*
6. §. 2. ff. de tutel. Trent. 2. disp. 8. th. 1. lit. e. Rober. disp. Justin.
4. Coroll. 1. Forst. 1. disp. Justin. 4. th. 8. Dn. Arum. exerc. Justin.
3. th. 4. Disß. Robert. 1. animad. 21. Hotom. 2. amicab. resp. 1. Ho-
die tamen ex consuetudine omnes municipales Magistratus
& civitatum iudices tutores dare solent *Bart. in l. 1. ff. de tut. &*
curat. dat. ab his n. 4. Schneid. ad §. nos autem 5. Inst. de Attil.
tut. Unde quæritur, quis hodie tutorem dare teneatur iis, qui
imperio immediatè sunt subjecti! Camera, *per. text. l. 1. l. jus*
dandi 3. ff. de tut. & curat. dat. ab his l. neg. C. qui dar. tut.
vel curat. Gail. 1. obs. 1. n. 47. Hænon. disp. 6. th. 5. lit. c. (c) *l.*
quod dicis 6. C. d. t. etiam quocunq; die l. eadem 2. ff. de feriis Vult.
1. J. R. 25. n. 99. (d) quia officium suum in dandis tutorib. im-
pertiri non solet, nisi postuletur *l. dies 4. §. hoc autem 8. ff. de*
damno infect. Dare autem tutorem solet Magistratus ad peti-
tionem vel matris vel aviæ, quæ necessariò tutorem petere de-
bent non tantum legitimis sed & naturalibus liberis *l. ult. C.*
qui pet. tut. in trantum ut, si neglexerint, à successione & hæredi-
tate pupilli repellantur l. si minores 2. §. 1. ff. & l. matris l. cum
8. C. d. t. §. sed quemadmodum Inst. ad SCtm. Tertull. nisi mater
fit minor l. licet 2. C. si advers. delict. vel filius pubes decesserit
l. matres 3. C. ad SCtm. Tertull. vel pupilli interfit tutores non
peti l. 2. §. tractari 44. ff. eod. vel ad petitionem affinium & cæ-
terorum amicorum, qui voluntariè tutores petunt l. 2. in pr. ff.
qui pet. tutor. l. nepotib. C. eod. Althus. 1. J. R. 23. (e) cum sit mu-
nus publicum *l. 1. ff. de mun. & honor. in pr. Inst. de excusat. l. 6.*
§. 15. ff. eod. Wes. in parat. ff. de tutel. n. 4. Gæd. ad l. munus 18.
ff. de V. signif. (f) ut surdi, muti, cœci, minores, furiosi, §.
item major 13. Inst. de excusat. l. 1. l. 3. l. pen. ff. de tutel. l. agnato
10. §. 1. ff. de legit. tut. quia hi defensionem pupillo præstare
nequeunt, cum ipsi defensione indigeant §. impuberes 6. Inst.
de Attil. tut. Harppr. ad §. furiosus 2. Inst. qui testam. tut. dar.
Althus.

Althuf. 1. J. R. 23. (g) ut servi l. in servili 7. C. qui dar. tut. vel curat. l. si quis 22. ff. de testam. tut. mulieres l. femina 2. ff. de R. J. l. 1. §. ult. ff. de muner. & honorib. miles §. idem 14. Inst. de excusat. l. militia. C. qui dar. tut. vel curat. l. militem 7. C. de procurat. Debitores & creditores pupilli, auth. minoris C. qui dar. tut. vel curat. Nov. 72. c. 1. ut & illi, qui seipfos ingerunt & ad administrationem ultrò offerunt l. scire 21. §. fin. ff. de tut. & curat. dat. l. quæ omnia 25. ff. de procurat. l. si quenquam 31. C. de Episc. & Cleric. (h) in quod omnia tam mobilia quam immobilia pupilli bona nominatim referenda sunt, requisito ad id tabellatione publicò cum testibus. Quod si prætermisâ inventarii confectione tutor administrationem tutelæ attigerit, dolo malo id fecisse præsumitur, & tanquam suspectus ab officio tutelæ cum infamiæ nota removetur, nec non ad omne interesse pupilli, per juram. æstimandum, obligatur l. tutor 7. in pr. ff. de administr. & pericul. tut. l. tutores 24. C. eod. l. ult. C. arb. tutel. l. ult. §. & inventario C. de curat. furios. Myns. 6. obs. 39. Wes. in parat. ff. de administr. & pericul. tutor. n. 4. Harppr. ad §. sunt autem 1. Inst. de legit. agnat. tut. n. 7. nisi testator ipse confectionem inventarii expressè prohibuerit vel remiserit l. ult. §. 1. C. arb. tutel. l. Aurelius. §. 3. ff. de lib. legat. Hænon. disp. 6. th. 7. lit. b. quò tamen casu, si utilitas pupilli aliud sva-deat, & remissio illa damnosa ipsi appareat, Magistratus tuto-rem cogere potest ad dicti inventarii confectionem, Bart. Bald. Cyn. Salyc. & alij in d. l. ult. C. arb. tutel. Magis enim uti-litatem pupilli, quàm testatoris voluntatem Magistratus sequi debet l. in confirmando 8. l. utilitatem 10. ff. de confirm. tutor. adeò etiam, ut & pater, qui legitimus filii emancipati tutor est, ad inventarium conficiendum compelli possit, propter l. tutor. 7. ff. de administr. & pericul. tut. ubi generaliter omnibus tutorib. confectione inventarij injungitur, neq; pater ulla lege exceptus repe-ritur, ideòq; generalitati legis iuhærentes merito idem de patre, quod de aliis tutoribus pronunciare debemus Harppr. d. loc. n. 9. & 10. (i) quò sanctè pollicentur se omnia facturos, quæ in rem sunt pupilli l. ult. §. pen. C. de administr. tut. vel curat. l. fin. §. 5. cum auth. quod nunc seq. C. de curat. furios. Nov. 72. c. ult. Azo in sum. C. de administr. tut. & curat. n. 5. Socin. Jun. cons. 148. n. 8. (k)

in pr. §. 3. Inst. de satisd. tutor. & t. t. ff. rem pupill. salv. fore.
 Quæ satisfactio fieri debet non pignoribus sed fidejussoribus
l. pratoria 7. ff. de prator. stip. l. 1. ff. qui satisd. cog. Dn. Arum.
exerc. Justin. 3. th. 18. Forst. 1. disp. Justin. 5. th. 5. Diss. Gothofr.
ad l. 7. in pr. ff. qui satisd. cog. ita ut juratoria cautio, si tutor
fidejussorem propter inopiam habere nequeat, locum non ha-
beat, per l. 2. C. de tut. & curat. qui satisd. Geil. 2. obs. 47. Fas.
ad l. 2. in pr. ff. qui satisd. cog. n. 2. Treut. 2. disp. 8. th. 5. lit. b.
 Olim quidem non tenebantur satisfacere tutores testamentarii,
 cum fides & diligentia eorum ab ipso testatore satis approbata
 fuerit, *pr. Inst. de satisd. tut. l. testamento ff. de testam. tut. ut*
nec ii, qui ex inquisitione dati fuerunt l. bonorum 8. ff. de curat.
furios. l. non omnium C. de tut. & curat. qui satisd. Hodie
 verò omnes indistinctè tutores satisfacere tenentur sub hypo-
 theca omnium bonorum, *idq. ex Ord. polit. Carol. V. in comitiis*
August. 1548. promulgata, Treut. 2. disp. 8. th. 5. lit. c.

T H E S I S. VI.

His omnibus legitimè peractis sequitur ad-
ministratio ipsa (a), quæ versatur vel circa
personam pupilli, vel circa res. Illa consistit
in educatione (b) & præstandis alimentis (c:)
hæc in actionibus pupilli nomine exercendis (d,)
debitorum solutione (e,) rerum alienatione (f)
& præstandâ auctoritate. (g)

(a) quæ statim, ubi quis cognoverit, se tutorem esse con-
 stitutum, suscipienda, *arg. §. fin. Inst. de Excusat. aliàs si nolit*
eam suscipere, pignoribus captis cogi poterit §. pen. Inst. de sa-
tisdat. tut. l. 1. in pr. & §. 1. l. tutores 39. §. tutor. 6. ff. de admi-
nistr. & pericul. tut. Id tamen in genere sciendum est, tuto-
 rem sive legitimū, sive datum, non aliter posse tutelam gerere,
 quàm si decretò Magistratus ei administratio sit commissa
l. cui

l. cui eorum ff. de postul. l. legitimos. §. §. pen. ff. de legit. tut. Wes.
in parat. ff. de tutel. n. §. circ. fin. quod in testamentariis sup-
plet hodie plerisque in locis Magistratus confirmatio, quæ ipsa
loco decreti est, *Trent. 2. disp. 8. tb. 9. lit. c. (b)* quæ regulariter
apud matrem fieri debet *l. educatio 1. C. ubi pupill. educ. Nov. 22.*
c. 38. Nisi ad secundas accesserit nuptias *d. l. educatio 1. §. d.*
Nov. 22. c. 38 Wes. in parat. ff. ubi pupill. educ. n. 2. Althus. 1. J.
R. 23. circa fin. quo casu, si inter matrem & cognatos & tutores
disceptetur de educando pupillo, Magistratus officium est au-
ctoritatem suam interponere & educatorem constituere *d. l.*
educatio 1. §. l. si disceptetur §. ff. d. t. Vult. 1. J. R. 23. n. 51. Trent.
2. disp. 8. tb. 6. lit. a. (c) quorum modum prætor decernere de-
bet *l. 3. l. fin. ff. ubi pupill. educ. l. 2. C. de alim. pup. prest.* In-
ter alimenta connumerantur vestes, lectum, culcitra, ha-
bitatio item, *ut eleganter & prolixè traditum est à Bart. in tract.*
de aliment. §. Menoch. 2. arb. jud. qq. cas. 107. Roland. à Valle conf.
22. vol. 1. De institutione & præceptorum salariis quæri
solet, an ad alimenta pertineant? Et quamvis optimarum
artium cognitione hominem imbuere præclarum sit *l. apud Ju-*
lianum. ff. de fideicom. libert. l. quæ pater. ff. fam. hercisc. alimen-
torum tamen nomine disciplina non continetur *l. 8. ff. de*
transact. Absq; cibo & potu nemo vivit, at absq; literis pluri-
mi. Quod tamen procedit, nisi aliunde constet, alimento-
rum nomine quem voluisse etiam institutionem comprehen-
dere. *Forner. in l. cetera ff. de V. S. Borch. ad §. suspectus au-*
tem n. 5. Inst. de suspect. tut. (d) Tutor enim pupilli nomine a-
ctiones instituere potest suo jure non expectatò mandatò *l. 1. §.*
ult. l. tutor. 22. ff. de administr. §. pericul. tut. nec de rato cau-
tionem præstare tenetur, nisi dubitetur, an quis sit tutor *l. vulgo*
23. ff. d. t. l. tutores C. eod. Hænon. disp. 6. tb. 8. lit. b. (e) aliàs
si tutor pupilli creditoribus, cum posset, nō solverit, damnum,
quod exinde contigerit, ex ejus substantia resarcire necesse ha-
bet *l. si tutoris 23. C. de administr. tut.* in tantum ut tutor sibi ipsi
solvere possit, modò debitum sit pecuniarium & usuræ
graviore *l. quotiens 9. §. sicut. 5. ff. eod.* licet aliàs in
rem propriam auctor esse nequeat *§. si inter. 4. Inst.*
de auct. tut. l. 1. §. 13. ff. ad Scm. Trebellian. (f)
earum

earum nim. quæ servando servari nequeunt *l. 22. C. de admistr. tutor.* aliàs requiritur justa alienandi causa, causæ probatio, judicis inquisitio & decreti interpositio *d. l. 22. l. 16. C. d. t.* maximè in immobilibus *t. t. Sibi Wes. in parat. n. 4. ff. de reb. eorum, qui sub tutel. Geil. 2. obs. 79. n. 1. Trent. 2. disp. 8. th. 6. lit. b. (g)* in omnibus sc. ex quib. pupillus damnum sentire potest, *arg. §. 1. & 2. Inst. de auct. tut.* Auctoritatem verò dicitur præstare tutor, quando id, quod agitur, probat *l. 3. ff. eod. & quidem in ipso statim negotio l. obligari 9. §. tutor. ff. & §. pen. Inst. d. t.* Vel in continenti post contractum negotium *l. si quis 25. §. jussum 4. ff. de acquir. & omitt. hered. cum ea, quæ in continenti fiunt, iplis negociis inesse censeantur l. lecta 40. in pr. ff. de reb. credit l. jurisg. 7. §. quinimo 5. ff. de pact. Forst. 1. disp. Justin. 4. th. 11. Dn. Arum. exerc. Justin. 3. th. 12. Diss Cujac 23. obs. 31. Hotom. 1. amicab. resp. 3. Borch. ad §. fin. Inst. de auctor. tut.* Quod si plures sint tutores, sufficit unius intervenire auctoritatem *l. 4. ff. de auct. tut. l. fin. C. eod.* licet de plurium pupillorum re tractetur *l. inter. 20. ff. d. t.* nisi de communi tutelæ negotio, quod omnes tangit, agatur *d. l. fin.* aut tutela divisa sit, quo casu quisq; in sua administratione tutor fieri debet *d. l. fin. Wes. in parat. ff. de auct. tut. n. 3.* Estq; adeò necessaria tutoris auctoritas, ut pupillus sine ea nullo modo obligari possit *l. obligari 9. ff. d. t. ne naturaliter quidem l. obligari 43. l. pupillus 59. ff. de O. & A. l. pupillus 41. ff. de condict. indeb. nisi in quantum locupletior est factus l. pupillus 5. in pr. & §. 1. ff. de auct. tut. Trent. 1. disp. 6. th. 6. lit. b. Gæd. de contrah. & com. stip. c. 7. Conclus 12. n. 212. & seqq. Rober. disp. Justin. 5. th. 3. Forster. 1. Disp. 4. th. 10. Dn. Riemer. 3. qq. jurid. 8. Diss. Coras. 6. miscell. 22. Dn. Arum. exerc. Justin. 3. th. 13.*

THESES VII.

Finitur tutela communiter morte (a,) temporis (b) & conditionis eventu (c:) ex persona pupilli pubertate (d) & qualibet capitis diminutione (e:) ex persona tutoris capitis diminutione maxima

maxima & media (f,) nec non excusatione & remotione (g.)

(a) pupilli & tutoris §. *simili 3. Inst. quib. mod. tut. fin.* cum utriusq; respectu tutela personalis sit, & sic cum persona extingvatur §. *solvitur. Inst. de societ. S. finitum Inst. de usufr. l. usus aquæ 21. ff. de usu & habit. l. quia tale 13. solut. matrim.* Et licet mortuò tutore pupillus alium habebit tutorem, tutela tamen hereditario jure ad heredem tutoris defuncti non transit, neq; heres ullus in tutela succedit *l. tutela 16. ff. de tutel.* quamvis item legitima tutela ad liberos tutoris defuncti descendat, non tamen illa tutela descendit, quæ erat penes patrem, sed filius tanquam agnatus habet ex sua propria persona novam tutelam, ad quam à lege vocatur ut proximus agnatus, *Schneid. ad d. §. simili 3. n. 1. & 2.* (b) §. *præterea 5. Inst. quib. mod. tut. fin. l. si arrogati 14. §. sed et si. ff. de tutel. l. tutor. 8. §. 2. ff. de testam. tut.* quia limitata causa limitatum producit effectum, *arg. l. in agris 16. ff. de acquir. rer. dom. l. 3. C. de transact.* & permissa ad tempus post tempus illud elapsum censentur prohibita *l. si unus 27. §. 1. ubi Bart. ff. de pact. l. si ita 21. ff. de vulg. & pupil. subst. Schneid. & Harppr. ad d. §. præterea 5.* (c) adveniente siquidem & existente conditione, usq; ad quam tutor datus erat à testatore, extingvitur tutela §. *sed & 2. Inst. quib. mod. tut. fin. d. l. si arrogati 14. ff. fin.* cum voluntas testatoris strictè & ubiq; sequenda sit *l. 3. §. 1. ff. de administr. & pericul. tut. l. in conditionibus. in pr. ff. de condit. & demonstr.* Testator autem usq; ad eventum conditionis & non diutius tunc tutorem esse voluit, *Giph. ad d. §. sed & 2. in fin.* (d) pubertatis tempus de jure civ. est in fœminis 12. in masculis 14. annus, *in pr. Inst. quibus mod. tut. fin.* etiam in feudalibus *c. un. de prohib. feud. alien. per Frider 2. f. 55.* De jure verò sax. pubertatis tempus est in feudalibus annus 13. cum sex hebdomadis, *Lehnrecht. art. 26. in pr. Weichbild. art. 29. & 49.* in allodialibus annus 14. sine distinctione sexus, *juxt. gl. art. 42. vers. Wann ein Kind. lib. 1. Landrecht. & art. 23. ubi gl. vers. Wo die Söhne binnen ihren Jahren. lib. 2. Landrecht. Coler. dec. 6. n. 6.* cum quatuor seqq. Unde puberi factò ad ejus petitionem cu-

C

rator

rator datur, qui tamen de jure civ. in vitis adolescentibus, præterquam in litem, obtrudi non debet §. *item inviti Inst. de curator. Fachin. 8. contr. 60. vid. Dn. Hillig. in Donell. enucl. 3. com. 23. sub lit. e.* quamvis hodie ex d. *constitutione politica Caroli V. tit. 11. §. 1. & 2.* iis etiam in vitis curatores dari satis constat, *Treut. 2. Disp. 8. 1b. fin. lit. a.* Illud hic admonendum, quod ex generali quadam ubiq; locorum recepta consuetudine, præsertim in Germania, tutores etiam curatores permaneant, adeoq; rebus minoribus usq; ad majorem ætatem præsent, de qua consuetudine testantur *Geil. 2. obs. 96. Montan. de tutel. c. 37. n. 86. Coler. dec. 6. n. 16.* Major autem ætas de jure civ. incipit ab anno 25. completo, neq; citius major censetur, nisi forte à Principe veniam ætatis impetraverit, *juxt. l. 2. C. de his, qui ven. atat.* Sed in terris Sax. maturius aliquantò sapiunt homines, siquidem majores esse statim dicuntur completo 21. anno, *per text. Landrecht lib. 2. art. 42. & Sahnrecht. art. 26. Coler. decis. 19. (e) §. item finitur 1. inst. quib. mod. tut. fin. l. pen. §. ult. C. de adopt. l. 6. in fin. l. 14. in fin. ff. de tutel. (f) non etiam minima sicut in pupillo §. sed & 4. Inst. quib. mod. tut. fin. l. si arrogati 14. ff. de tutel. l. tutelae 7. ff. de capit. dim.* Differentiæ ratio inter tutorem & pupillum hæc est, quia in tutore nihil mutatur, quod ipsum impediatur tutorem esse, cum officio tutoris fungi possit, sive sit in potestate constitutus, sive emancipatus, *in pr. Inst. qui testam. tut. dar.* at pupillus in potestate positus in tutela esse nequit §. 1. *Inst. de tutel. Harppr. ad d. §. sed & 4. n. 1.* Dicta autem hic de tutore non procedunt in tutela legitima, quæ capitis diminutione, etiam minima, tollitur, *ut constat ex d. §. sed & 4.* Ratio cur arrogatione seu minima capitis diminutione tutela legitima expiret, testamentaria verò & dativa non item, illa redditur, quia arrogatione familia mutatur sive tollitur jus agnationis §. *fin. Inst. de legit. agnat. tut.* At legitima tutela competit propter agnationem. Itaq; sublatâ causa, hoc est, agnatione, meritò etiã tollitur effectus hoc est, tutela, *arg. l. adigere 6. §. quamvis ff. de jure patron.* Cæterum reliquæ, ut testamentaria & dativa, non agnatione, sed testamento & Magistratus decretò nituntur, *Harppr. d. loc. n. 3.*

n. 3. Quamvis hodie sublata à Justiniano agnationis & cognationis differentiâ nulla amplius tutela minimâ capitis diminutione tolli videatur, Nov. 118. c. 4. Donell. 3. com. 4. Diss. Trent. 2. disp. 8. th. 7. lit. f. (g) de quib. in thesibus seqq.

THESIS IIX.

Excusatio (a) fit à tutela vel suscepta vel suscipienda. Illam finit tutoris morbus fonticus (b,) superveniens lis cum pupillo (c,) absentia Reip. causa (d,) mutatio domicilii (e,) & allectio in consilium Principis (f:) Hanc numerus liberorum (g,) tria onera tutelæ (h,) etas 70. annorum (i,) potestas (k,) paupertas (l,) literarum imperitia (m,) inimicitie cum pupillorum patre (n,) & artium liberalium professio (o.)

(a) quæ est justæ alicujus causæ allegatio, quâ tutor, etiam legitimus, onus tutelæ deprecatur. Trent. 2. disp. 9. th. 1. lit. a. Rober. disp. Justin. 5. th. 9. Forster. 1. disp. Justin. 5. th. 8. Dn. Arum. exerc. Justin. 3. th. 22. Diss. Cujac. in l. 13. ff. de excusat. Borch. ad pr. Inst. eod. n. 1. & 2. (b) ob quem tutor ne suis rebus & negotiis interesse potest §. item propter 7. Inst. de excusat. l. un. C. qui morbo se excus. Et prout est valetudo, vel ad tempus vel in perpetuum excusatio datur l. non solum 10. §. fin. & duab. seqq. ff. d. t. Borch. ad d. §. item propter. (c) de omnibus aut majore parte bonorum, aut aliqua hereditate §. item propter 4. Inst. de excusat. l. si ut 16. C. eodem. Is enim capitalis dicitur inimicus, qui

qui bonis nostris insidiatur, cum pecunia dicatur alter sanguis. Talem autem habere tutorem periculosissimum est *l. amicissimos 36. ff. d. t.* imò ejusmodi tutor à tutela removeri potest, licet se non excuset, *arg. l. si pupillum 20. ff. d. t.* (d) §. *item qui 2. Inst. de excusat. tut.* non affectata, nec sui commodi causa, sed coacta *l. Reipub. ff. ex quib. caus. major.* Et his etiam reversis, expletò munere, annus vacationis datur à nova tutela *l. non solum in pr. ff. de excusat.* qui continuus est non utilis, & computatur ex eo, quò quis rediit, aut redire debuit *l. 4. ff. de vacat. muner. Rober. disp. Justin. 5. th. 10.* (e) quò casu opus est, ut rescripto Principis & migratio fiat, & tutela deponatur *l. 12. ff. de excusat l. certæ 4. C. de jur. fisci Treut. 2. disp. 9. th. 1. lit. f.* (f) quia circa latus Principis agunt, & honor iis delatus neq; loci neq; temporis certi finem habet *l. Jurisperitos 30. in pr. ff. de excusat l. ult. C. eod.* Quod ad legum Doctores in genere trahendum non est, nisi qui Romæ docent *l. 6. §. legum 12. ff. d. t. Treut. 2. disp. 9. th. 1. lit. g.* (g) Excusari siquidem à tutela potest parens, si Romæ tres, vel in Italia quatuor, vel in provinciis quinque; liberos habeat, etiam emancipatos, *in pr. Inst. de excusat. l. 2. §. 2. & 3. ff. eod. l. 1. C. de his qui num. lib.* Ratio, cur emancipati excusent, hæc redditur, quia privilegium hoc excusationis conceditur propter procreationem ac educationem liberorum, & non propter patriam potestatem, *Harppr. ad d. pr. n. 6.* Adoptivi verò liberi ad excusationem non profunt, nisi patri naturali *d. pr. vers. sed adoptivi l. 2. §. 2. ff. de vacat. & excusat. mun.* quia occupatio, quam quis sua culpa incurrit, sibi imputatur. *c. damnum de reg. jur. in 6.* Avo etiam profunt nepotes ex filio, si in locum patris demortui succedant, ita tamen, ut plures nepotes pro uno tantum computentur, quia unicum repræsentant patrem *l. excusantur 2. §. non solum 7. ff. de excusat l. nepotes 3. C. de his, qui num. lib.* Requiritur autem ut liberi sint superstites eò tempore, quò patres tutores dantur *d. pr. & d. l. excusantur 2. §. 8. item l. 2. §. 3. ff. de vacat. & excusat. mun.* nisi in bello amissi fuerint *l. ad excusationem 4. ff. d. t.* Hi enim qui pro Repub. ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur, *d. pr. vers. & constat.* (h) non affectatæ §. *item tria 5. Inst. de excusat. tut. l. 2. §. amplius. l. tria 3. l. 4. l. 5. & l. 6*

§. & l. 6. in pr. ff. eod. Tres autem hæ tutelæ non æstimandæ sunt ex numero pupillorum, sed ex bonis sive patrimoniis, ac rationum conficiendarum reddendarumq; difficultate, adeò ut etiam interdum una tutela ad excusationem sufficiens sit, si scilicet tam diffusa & negociosa sit, ut pluribus cedat *d. l. tria 3. l. si is qui 31. §. fin. ff. d. t. Harppr. ad d. §. item tria 5. n. 3. seqq. (i) §. item major 13. Inst. de excusat. l. 2. in pr. ff. eod.* quia senectus ipsa satis gravis & molesta, & per se species morbi, & magis quietem desiderat quàm aliquas extraneas perturbationes, *Schneid. ad d. §. item major 13. n. 2.* Requiritur autem ut is, qui ob majorem ætatem se vult excusare, 70. annum compleverit, cum in immunitatibus sive privilegiis & excusationibus annus cœptus pro completo non habeatur *l. 3. ff. de jur. immunit. l. qui filiam 74. §. fin. ff. ad SCtm Trebell. Cujac. ad l. 5. ff. qui testam fac. poss. licet secus sit in honorib. ubi favoris causa annus cœptus pro completo habetur l. 8. ff. de mun. & honor. Treut. 2. disp. 9. th. 2. lit. c.* Adolescentes sive minores 25. annis quod attinet, ii jure novò planè tutores esse nequeunt, adeò ut excusatione opus non habeant *d. §. item major. 13.* quod quoq; in militibus receptum constat *ex §. idem & 14. Inst. de excusat. tut. (k) §. & qui potestatem 3. Inst. d. t.* propter publicam utilitatem, quæ præferenda est privata, ne scilicet res publicæ vel pupillorum lædantur. Susceptam tamen tutelam ante potestatem ipsis delatam deserere non possunt *l. non tantum 17. §. sanè 5. ff. d. t.* Multa enim impediuntur à principio, quæ postea firma sunt & facta non tolluntur *l. patre furioso junct. gl. in verb. retinere ff. de his, qui sunt sui Schneid. ad d. §. & qui potestatem 3. n. 2. (l) ob quam quis impar oneri injuncto censetur, l. paupertas 7. l. 40. §. 1. ff. de excusat.* Quis autem dicatur pauper, judicis arbitrio relinquatur, *Menoch. 2. arb. jud. qq. cas. 61. Treut. 2. disp. 9. th. 2. lit. e. (m) §. similiter eos 8. Inst. de excusat.* Nescire literas dicuntur, qui neq; legere sciunt neq; scribere, *Duar. 1. annivers. disp. 3.* Ita tamen hi excusantur, si negociorum expertes sint *l. 6. §. fin. ff. eod.* aliàs si negocia sua, itemq; aliorum rectè administrare possunt, propter literarum imperitiam ne utquam excusabuntur, cum possint opera aliena uti in conscribendis rebus omnibus, *Borch. ad d. §. similiter eos 8. n. 3. Dn.*

Arum. exerc. Justin. 3. th. 20. (n) §. item si 9. cum duob. seqq. Inst. de excusat. quo etiam refertur status quaestio, cum interdum paria videantur capitis accusare & in servitutum petere l. 14. in pr. ff. de bonis libert. l. 6. §. amplius ff. de excusat. quæ ratio etiam est in legitima & dativa, Treut. 2. disp. 9. th. 2. lit. g. (o) ut medicinæ, philosophiæ, Rhetoricæ, Grammaticæ, modò conditiones adsint, quæ describuntur in l. 6. §. 2. & seqq. ff. de excusat.

THESES IX.

Remotione finitur tutela, quando tutor fraudulenter & negligenter res pupilli tractans, aut de quo suspicio est eum male tractaturum, suspectus postulatur (a.) Postulatio autem suspecti (b,) ex l. 12. tabb. descendens (c) institui potest contra omnes tutores (d,) ab omnibus (e,) etiam mulieribus (f,) coram iis, quibus de hoc crimine cognoscendo ius specialiter datum est (g,) & remoti postea ob dolum commissum fiunt infames, ob culpam non item (b.)

(a) t. t. ff. & C. de suspect. tut. l. si creditores 31. ff. de reb. auct. jud. poss. usq; adeò, ut quamvis satisfationem offerant, bona pupilli deinceps bona fide à se administratum iri, nihilominus tamen, si de dolo vel culpa convicti sint, removeantur, cum satisfatio non mutet malevolum tutoris propositum, sed diutius grassandi in re familiari facultatem præstet, §. novissime fin. Inst. de suspect. tut. (b) quæ duplex, civilis & criminalis. Illa est, quando civiliter agitur & petitur, ut tutor declaretur suspectus, & ab administratione removeatur, rationem reddat, reliqua restituat, vel ei curator adjungatur: hæc est, quando tutor accusatur criminaliter, ut non solum removea-

vea-

veatur sed & arbitrio iudicis puniatur *l. 1. §. fin. ff. de suspect. tut. Harppr. ad pr. Inst. eod. n. 6. & 7. (c) in pr. Inst. d. t. & l. 1. §. 2. ff. d. t.* Licet enim tutelæ agi non possit, antequam tutela finita fuerit *§. fin. Inst. de Attil. tutor.* Suspecti tamen rectè agitur, etiam tutela durante ex *l. 12. tabb. in pr. Inst. de suspect. tutor.* Et sanè saluberrimo consilio suspecti cognitio sive accusatio introducta est. Quamvis enim pupillo tutelâ finitâ competat actio tutelæ, & iudicium de rationibus distrahendis, quibus ea, quæ à tutoribus sunt omissa, vel iniquè & improbè facta consequitur *l. 1. & t. t. ff. de tutel. & rat. distr.* Satius tamen est eos, qui vel non fide bona, vel non diligenter tutelam gerere deprehenduntur, statim ab officio tanquam suspectos removeri, neq; facultatem illis grassandi in re pupillari concedi, cum præstet jura minorum intacta servari, quam post causam vulneratam remedium quæri *l. fin. C. in quib. caus. in integr. rest. Montan. in tract. de jur. tut. & cur. c. 36. n. 22. & seqq. (d)* sive sint testamentarii, sive non sint, sed alterius generis tutores *§. 2. Inst. de suspect. tut. l. 1. §. 5. ff. eod.* quamvis melius & consultius sit, si tutor aliquo vinculo necessitudinis vel affinitatis pupillo conjunctus, aut potronus pupilli liberti removendus veniat, curatorem ei adjungi, quam eundem cum notata fide & existimatione removeri, *juxta consilium J. Cti. Modestini in l. si tutor. 9. ff. d. t. (e)* exceptis impuberibus *§. impuberes 4. Inst. de suspect. tut.* Est enim quasi publica accusatio, ac proinde omnibus patet *§. consequens 3. Inst. d. t. (f)* modò pietatis necessitudine ductæ ad hoc procedant. *d. §. consequens 3. & l. 1. §. quinimo 7. ff. d. t. (g)* datum autem est jus removendi tutores suspectos Romæ prætori, in provinciis præsidibus earum, & Legato proconsulis *§. datum 1. Inst. de suspect. tut.* Hodie sicut tutores dant omnes ordinarii Magistratus, ita etiam possunt de suspecto cognoscere & suspectos removere, *arg. l. nihil tam naturale ff. de R. J. interdum etiam sine accusatione ex officio, si apertissimis rerum argumentis liqueat tutorem suspectum esse l. 3. §. præterea l. fin. ff. de susp. tut. Wes. in parat. C. d. t. n. 6. in fin. Treut. 2. disp. 9. th. 3. lit. c. (h) §. suspectus 6. Inst. de suspect. tut. l. fin. C. eod.*

Cum

Cum autem culpa lata in omnibus ferè negotiis dolo comparatur, inde quæritur, num tutor suspectus ob latam culpam remotus notetur infamia? Aff. Cujac. 7. obs. 8. Coras. 4 miscell. 2. Rober. disp. Justin. 5. coroll. 1. Treut. 2. disp. 9. th. 4. lit. g. Hænon. disp. 6. th. 10. lit. e. Negant. Forst. 1. disp. Justin. 5. th. 10. Dn. Arum. exerc. Justin. 3. th. fin. Nos distingvimus inter latam culpam versutiæ seu malitiæ, & inter latam culpam, desidiæ & negligentia, ut priori casu affirmantium, posteriori negantium opinio procedat, Cagnol. ad l. Contractus 23. ff. de R. J. n. 1. & octo seqq.

T H E S I S X.

Effectus tutelæ consistit in actionibus inde descendentibus. Finitâ (a) igitur tutelâ datur pupillo directâ tutelæ actio (b) adversus tutorem ejusvè heredes ad reddendam administratæ tutelæ rationem (c.) Item datur pupillo adversus tutorem actio de rationibus distrabendis (d) pro eo, quod in tutela gerenda ex bonis pupilli ablatum est (e.) Contraria autem tutelæ actio datur tutori (f) adversus pupillum ad consequenda ea, quæ ipsi propter tutelam hætenus administratam absunt (g)

(a) aliàs absurdum foret, ab eo rationes administrationis posci, qui adhuc in ea perseverat l. si tutor 9. §. 2. & l. 10. ff. de tut. & rat. distrab. Oldend. class. 4. act. 31. p. 617. Hodie tamen ex Const. Carol. V. in comitiis Augustæ 1548 promulgata, etiam durante tutelâ, singulis annis, ad reddendam rationem tutor tenetur, idq; etiam jure Sax. obtinet, nisi ipsi tutores proximi agnati & heredes sint, art. 23. 41. 44. & 45. lib. 1. Lande Const. Elect. 11. p. 2. Wes. in parat. ff. de tut. & rat. dist. n. 3. (b) personalis l. qui tutor. 18. in pr. ff. de administr. & pericul

cul. tut. l. 1. in pr. l. 18. ff. de tut. & rat. distr. ex quasi contractu
§. tutores 3. Inst. de oblig. qua ex quasi contr. nasc. bonæ fidei
§. actionum. 28. Inst. de act. perpetua l. tutores 8. C. arb. tutel.
(c) adeoq; omnium gestorum & omissorum ex eo die, quò co-
gnovit se tutorem esse, exhibitò inventariò, super omnibus re-
bus pupillaribus ante susceptam administrationem ritè confe-
cto, nec non librò rationum ad easdem legendas & discutien-
das unà cum universi actus sui instrumentò oblatò *l. 1. in pr. &*
§. 3. & passim ff. de tut. & rat. distr. Quod si plures admini-
straverint, refert, utrum solvendo sint omnes, ut tunc pro vi-
rilibus portionibus teneantur: an verò non, ut sic alter alterius
facto condemnari possit *l. 1. §. nunc hætenus ff. de tut. & rat.*
distr. præterea & hoc perpendendum, utrum testator vel iudex
diviserit inter eos administrationem propter commoditatem
rerum gerendarum, tunc siquidem ultra susceptam gestorum
designationem non possunt conveniri: an ipsi inter se divise-
rint tutelæ administrationem, aut nemine dividente quidam
gesserint, aliisq; cessantibus, quo casu in solidum conveniun-
tur *l. 3. §. apparet. l. si domino l. tres tutores ff. de administr. & pe-*
ricul. tut. l. 2. C. de dir. tut. Oldend. d. loc. p. 616. Etsi autem in
solidum tutores singuli tenentur, quatuor tamen remediis
succurri iis solet, nempe divisionis, ordinis, cedendarum &
utilis actionis, *de quib. Dd. late disputant in l. 1. C. de transact.*
& Wes. in parat. ff. de administr. & pericul. tut. n. 6. & seqq.
Et venit in hanc actionem tutelæ omne id quod interest,
l. tutor. 7. in pr. ff. d. t. l. eum. 4. C. arb. tut. Item usuræ ex pecu-
niis pupillaribus in utilitatem tutoris conversis *d. l. tutor 7. §.*
pecuniæ 4. l. 1. C. de usur. pupill. & generaliter omnia, quæ tutor
omittenda fecit & facienda omisit, præstando dolum, latam &
levem culpam *l. 1. ff. de tut. & rat. distr.* non item levissimam
l. quicquid 7. C. arb. tut. Cagnol. ad l. contractus 23. ff. de R. J. n.
61. & trib. seqq. Forst. 1. disp. Justin. 4. th. 9. Si verò contra
heredes tutorum agatur, tenentur saltem de dolo & lata culpa,
non item levi, nisi in paucis casibus *l. 1. C. arb. tutel. l. non sim-*
pliciter. 4. ff. de magistr. conven. Treut. 2. disp. 9. thes. 5. lit. C. (d)
non fuerunt contenti legumlatores introductam esse actio-
nem tutelæ, ut à tutoribus redderetur ratio, sed hanc quoque

D

perse-

persecutionem voluerunt esse adjectam, qua liceret adulto impugnare rationē editam & repetere res ablatas, *Oldend. d. loc. p. 626*. Si autem pupillus egerit actione tutelæ, non habet hanc actionem, quoniam illa satis tractat de ratione reddenda: & ex diverso, si hac persecutione pupillus fuerit consecutus aliquid, tunc id detrahetur totum in iudicio tutelæ, quod postea fuerit dictatum. *l. 1. §. in tutela. 21. ff. de tut. & rat. distr. Oldend. d. loc. p. 627. [e] l. 1. §. 19. l. 2. ff. d. t. in quam venit duplum ejus, quod ablatum est, l. 55. §. sed si. ff. de administr. & pericul. tut.* ita ut in duplo res ablata contineatur. *d. l. 2. §. final.* Quia autem hæc actio pœnalis, heredibus quidem datur, at non in heredes, *d. l. 1. §. fin. Wes. in parat. ff. de tut. & rat. distr. num. 6. Trent. 2. disp. 9. th. 6. lit. a (f) officio scilicet tutelæ finito & rationibus redditis, l. 1. §. finito. l. 4. ff. de contr. & util. tut. act.* Quanquam enim sine tutoris auctoritate pupill. non obligentur, nec in rem suam tutor pupillum obligare possit: attamen receptum est, ut tutori suo pupillus sine alia hæctenus auctoritate obligetur ex administratione, ut promptius de suo tutores impendant aliquid pro pupillis, dum sciunt se recepturos, quod impendissent, *l. 1. in pr. ff. de contr. & util. tut. Wesenbec. in parat. ff. eod. n. 1. Oldend. d. loc. p. 618. [g] modò bonâ fide & officio suo exigente illud ipsum, quod repetit, in res pupillares impenderit, suasq; res pro pupillo obligarit, l. 1. pen. §. l. 3. in pr. & §. 1. l. fin. ff. d. t. id quod sufficit, licet postea appareat ejusmodi sumptus erogatos & obligationes susceptas è re pupilli non fuisse, veluti si bona fide litem moverit tutor, in qua postea succubuit, *Bart. in l. 3. §. sufficit. ff. d. t. Dn. P. Theodor. ad §. actionum. 28. Inst. de act.* Quod si injustam litem moveat, *l. non est. 6. ff. de administr. & pericul. tut.* aut mala fide sumptus impendat, ut si eques cum comitatu in causa pupillari iter ingrediatur, quò in propria solus & per pedes ire solitus est, certè hujusmodi non reputabuntur, *Bart. in l. 1. §. pupillus. ff. de tut. & rat. distrab.* ut nec illud, in quo persequendo plus sit detrimenti quàm in obtinendo futurum emolumentum, *Wes. in parat. ff. de contra. & util. tut. act. n. 4.* Et hæc actio contraria tutelæ, cum sit rei persecutoria, perpetua est, & datur heredibus.*

contra.

contra heredes, l. transactionem. 3. §. fin. l. pen. ff. d. t. Hænon.
disp. 6. thes. fin. lit. h.

Corollaria.

I.

*Cur numerus septenarius electus sit circa
testium adhibitionem in testamento?*

II.

*Fœminas 12. anno à tutela liberari, quomo-
do intelligendum?*

III.

*Cur mulier in testamento arceatur à testimo-
nio, in codicillis non utiq.?*

IV.

Feudorum origo quibusnam ascribenda.?

F I N I S.



ULB Halle
005 132 614


3



W 17







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

IO

1618, 15

92

17

LIS.

A.

nissu Nobi-

um Ordinis
Salana,

IO

Pfefferkorn/
tæ,

I U S Graciâ-

MANNI.

LIX.

